

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry Avdomari, 1660

n. 36.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

Historiæ Prouinciæ Anglicanæ.

28

1602. le, an credibile, an fieriomnino potuerit, vraut ego tantum me puero crederem, aut quiuis in quo iudicij quidpiam ineflet id de le fateri vltro vellet ex q o tam magnum sibi periculum crearetur. At quos lupiter perdere vult (ait alter) dementat: lenex quidem lum fateor, at non delirus. Producitur tum rurlus in medium scriptum, quod dixi, illudque interpretabantui Ordinum à me susceptorum esse luculentum testimonium. Interiptioerat. Admodum Reuerendo Domino Rodulpho Moëllo &c. Ac deinde Facultares concessa &c. Hancinscriptionemego illis prælegi & docur non elle teltimonium de ordine accepto, sed de furisdictione collata inueni cuidam eius nominis; quo de nomine nullus me vinquam appellaut; atque adeo etiam si esset de ordine testimonium, in me non posset conuenire, qui Joannes vbique & ab omnibus vocor. Iraque cum nihil ex omnibus probatetur; post breuem vtrimque vrbanitatis demonstrationem discessium est. Et videri potuit hae discussa tempestare nauis portum attigisse; sed assuans ira Chiliarcha nouam remoram mecit cum diceret leripfille le de me ad Parlamentum; relponlum igitur expectandum esse nisi in offensionem incurrere vellent; neque legniter laboratum est vi confestim mitterer Londinum; In arenam descenderant lucrum & malitia de mea pelle certantes, Chiliarcha vt me perderet, Præfe-Etus ve me retineret. Eratid plurium iudicio prælagium perpetui carceris Neque cadem fuit qua prius vrbanitas, nunquam relinquebar folus, ad omnes rimas portæ excubabat luspicio; iplum Præse chum helcio quis metus incesserat, vt neq; captiuitatis meæ locijs integrum esset ad me accedere. Quadam etiam nocte media irrumpunt duodecim armati, lectum, velles, armarium, caminum, omnia scrutantur; nimirum cum voluntas non deesset nie perdendi, argumenta quærebant in pernicem. Post quæ elapsi sunt mentes aliquot sereniores, neque memini singulare quidquam contigisse præter molettiam arctiffimæ cuftodiæ.

XXXVI. Successere deinde Iudicia Provincialia ad lites terminandas, ad reos plectendos aut abloluendos innocentes: At quo ludice? non also quami illo iplo Chiliarcha qui mihifuerat infestissimus. Erat vir honestus (q em Clericum Pacis nominant) hic pem libertatis faciebat fi libellum (upplicem in curia offerre vellem; quoniam hactenus, per omnem quæ facta fuerat inquisitionem, allatum nihil fuerat quo probarer Sacerdos, sed neque afferri posse videbatur. At mihi lane non probabantur pleræque circumstantia: Is enim qui non ita pridem puerum mendacem lubornauerat, facile inuenisset testem juratum qui causam totam euerteret : Amici tamen confisio obsecutus, libellum scripsi rudi calamo, cui ille formam adderet; Ex quo tempore fubijt animum cogitatio & quali præsagium mortis imminentis, ad quam certe non exhorrui, led iui obuiam tanto cum iubilo & exultatione vt nunquam Deum sim expertus præsentiorem. Imaginabar horam iam adesse; meditabar quibus verbis populuessem allocuturus; quam essem mortis causam commonstraturus; quibus modis expressurus exandantem animi latitiam, occultamque fidei, spei, & caritatis vim, qua impellobar ad publice declaran-

dum, nullam esse posse extra Romano-Catholicam Ecclesiam salutis æternæ spem. Statueram denique audita mortis sententia Deo laudes & gratias referre confueto Ecclesiæ carmine; Te Deum laudamus, & continuis precibus, ardentibulque votis flagitare executionem. Sed miler ego & peccator hanc gratiam nonfueram promeritus. Sex dies tenuere Iudicia, neque de me vel minima facta est mentio. Is qui de libello supplici suaserat, non existimavit tandem rem committendam discrimini, cum vidisset quendam pauperculum carceri ante oculos addictum, ea tantum de caula quod apud se Crucem habuisset & Rosarium . Sopità igitur ad tempus vel fatigatà aduerfariorum malitià, quies aliqua data est ab huiulmodi molellis inquisitionibus & turbulentis incursionibus. Lu-Etandum deinceps cum morbofuit, coque tam pertinaci vt exhaustis viribus ne pedem mouere, nec tantillum stare potuerim : Medicus in loco nullus; Pharmacopola Cestrensis arte sua me ferme perdidit. Præfectus iterum occurrit destituto; rogat Commissarios vti per eos liceat vt mihi famulus affignetur ad oblequium ; & obtigit , Deo volente, non vir bonus tantum led valde commodus, sub quo vtcumque conualui : additumque pro colophone Breuiarium & facra supplex ; quâ cum per biennium & menles aliquot caruillem, ficut id auxerat captiuitatis acerbitatem, ita copia facta cumulauit folatium. Sub hoc autem tempus in ca ciuitate cæpit graffari pestis : Præfecti vxor grauida vehementer vrgebat discessium; Captiui multi vel procurato lytro, vel data cautione fibi consuluerant : cum quareret Prafectus quid de me faciendum censerent; Amandandum aiebant in reorum publicum ergastulum: Hinc comploratio famuli & beneuolorum. At ego; hoccine, vos adeò torquet? Mea fanè in hac causa nihil interest vtrum in carcere, an in Cruce moriar: Arbitror ipfam mortis sententiam futuram non fuisse tam grauem, non poteram tamen vultum non serenum præferre, quando animum sentiebam in Dei infinita benignitate constantem; & ad quæuis paratum : Placuitque Deo vt non staret decretum : obtinuit Præfectus vt secum rusticarer : fuit quidem iter incommodum, sed cito restituit me amænitas loci, & sluminis celeberrimi gratum murmur quod limen domus alluebat. In omnem præterea partem libera mihi erat excursio; & valdè fructuosa; nam cum in vicinia frequentes habitarent Catholici; quibus Sacramentorum percipiendorum copia non fuilset à triennio, præsto illis sui, & ingentem populi sub graui ingo sitimi abunde expleui. Beneuolentiæ verò huic Præfecti non expectatæ adiuncta est altera, vt ipsius humanitate & beneficio cautione data comparendi; si vocarer, maximam partem recuperauerim pristinæ libertatis: nam domi cuiuldam viri nobilis habito qui se vadem obtulit, & hospitem; neque male mihi apud illum est; nam frequentissime excurro ad proxi-

Historiæ Prouinciæ Anglicanæ.

16020

282

mum iuuandum, literis & sigillo Præfecti munitus & ab insidijs malignantium tutus : faxit Deus vt ex omnibus proficiam ad vitam æternam nam hæc in hac ætate diuturna esse non potest : Habet Reuerentia Vestra captiuitatis meæ historiam quam optabat, me autem quantus lum ad 21 Cor.12. oblequium: li verò insipiens factius sum, dicam cum Apostolo, vos coëgiftis. Vale. Inciderat in manus Parlamentariorum anno huius faculi quadragelimo tertio, durauit captiuitas ad annum quadragelimum octauum; quando vilum est Deo animam lanctam ex his angustijs morte communi liberare, vt licet non Martyrum laurea gloriolus, fulgeat ta-Dan. 12.3. men sicut stella in perpetuas aternitates, quoniam indefesse ad institiam erudierat multos.

Laureutius V Vorthingto nus.

X X X I I I. Laurentius huius Frater codem fere tempore admissus in Hispania, Tyrocinij annis peractis bis Philosophos explicuit, Cordubæ, & Hilpali. Millus deinde in Angliam anno huius fæculi duodecimo, & cum liber esset & cum claulus carcere fructum fecit non pæ-Eius litera nitendum. Ex carcere VVestmonasteriensi (quam Portam domus vocant) ex carcere, hac Romam ad Thomam Odoënum demortuo Personio Prafectum milfionis perscribit. Magnifice Domine. Sat Icio Dominationi vestræ pergratum fore de rebusnostrisfieri certiorem: Hæc

igitur scribo vt quæ mihi Socioque meo Domino Francisco Young intra anni huius ambitum hoc in carcere contigere breuiter recenleam. Comprehensus superiori anno & hic inclusus ante omnia adieci animum ad quinque Catholicos Laicos subleuandos, qui ob repudiatum fidelitatis (vt vocant) iuramentum in ima huius ergaltuli parte iacentes permagnis animi corporilque angustijs premebantur; Assiduis enim & inconditis clamoribus facinorolorum hominum vna vinctorum conuicijique à precandi studio (quod maximum est miseriarum leuamen) arque à Sacramentorum subsidijs arcebantur (quorum diuinam & perquam salutarem opem hisce calamitosis temporibus omnes persentiscimus) Victus, vestitusque necessarij grani penuria laborabant, atque tantopere loci sordibus ac pædore molettabantur vt vix daretur somnum capere. His animi corporisque incommodis vt ex charitate subuenirem, egi cum Custode de transferendis ad meum cubiculum quod sat magnum mihi obtigerat; In hoc tamen non venere Custos & eius coniux, pecuniarum auidissima, nisi ingenti pacta pecunia quadringentorum circiter scutorum; quam pecuniam partim mutuo, partim mendicato corrogaui, vt ante hyemem, prout optabam haberent illi commodius. Locum carceris mihi attributum in duas partes diuisum adaptaui sacris prophanisque virbus; hinc Altari Beatæ Virgini immaculate conceptæ, illinc lectis quatuor ad quietem collocatis: Horum autem contuberna-